



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sōkratus Scholastiku Kai Ermeiu Sozomenu Ekklesiastikē Istoria

Socrates <Scholasticus>

Mogvntiae, 1677

XVII. Quomodo Imperatoris mater Helena crucem Domini diù perquisitam
Hierosolymis reperit, & Ecclesiam construxit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14233

enim spectantur oculis, quam percipiuntur auditu. Tunc temporis verò Christianorum res maximum incrementum cepere. Eteaim Imperatoris Constantini temporibus, cum alia multa, tum id præcipue Divina providentia reservabat. Et has quidem Imperatoris laudes Eusebius Pamphili magnifice commemoravit. Non importunum tamen esse arbitror, ut & nos quoque de iisdem rebus pro virili parte pauca dicamus.

ἄ γδ πρῶτον ἢ ἀκέρως. τότε ὁ ὄμως μεγίστην ἐπίδοσιν ἔλαβε τὰ τῆ χειριανισμῶ. καὶ γδ ἐν τοῖς καιροῖς τῆ βασιλείας κωνσταντίνου, καὶ ἀλλὰ πλείστα ἢ τῆ θεῶ ἐφύλαττε πρόνοια. ἔτω τῶν τῆ βασιλείας ἐγκωμίων μὴ μεγαλοφώνως φράσεως ὁ παμφίλιος εὐσεβίου. (μνήμην πεποιθῆ). ὅσα ἀκαίρως ἢ ἡγῆμα καὶ ἡμᾶς ἀπὸ τῶν αὐτῶν, ὡς οἰόντες, διαβραχέων εἰπῆν.

CAPUT XVII.

Quomodo Imperatoris mater Helena, crucem Domini diu perquisitam Hierosolymis reperit, & ecclesiam construxit.

Mater Imperatoris Helena, cujus gratiâ Imperator Drepanum, quam ex vico civitatem effecerat, Helenopolim voluit appellari; à Deo in formis admonita, venit Hierosolyma. Et cum veterem illam Hierusalem, juxta Prophetæ vaticinium, desertam sicut pomorum custodiam offendisset, Christi monumentum, in quo ille sepultus resurrexit, studiosè cepit perquirere. Ac difficilè quidem illud, sed tamen opitulante Deo tandem reperit. Quæ vero causa fuerit hujus difficultatis, paucis aperiam. Qui Christi fidem sequebantur, post mortem ejus, monumentum istud magnopere coluerunt. Hi vero qui à religione Christi abhorrebant, locum aggerè opplentes, templum Veneris in eo extruxerunt, & simulacro superposito, memoriam loci penitus abolere studuerunt. Et hoc quidem olim eis successerat. Verum Imperatoris matri ea res innotuit. Deturbato igitur simulacro, egestaque humo, & loco undique repurgato; tres cruces in monumento reperit: unam quidem beatam in qua Christus pependerit: duas vero alias, in quibus duo latrones, qui unâ cum illo crucifixi sunt, mortem obierant. Cum his inventa etiam est tabella, in qua Pilatus Christum crucifixum, regem esse Judæorum variis linguis ac literis pronuntiaverat. Sed quoniam ambiguum erat, quantum esset crux illa quæ quærebatur, Mater Imperatoris non medioctri dolore affecta est. Quem quidem brevi post tempore Hierosolymorum Episcopus, nomine Macarius, sedavit, & ambiguitatem omnem fidei virtute dissolvit. Signum enim à Deo petiit, & impetravit. Signum vero fuit hujusmodi.

Κεφ. ιζ.

B ἡ βασιλεὺς μήτηρ ἑλένη, τὰ ἱεροσόλυμα παραζημιώσασα, τὸν σταυρὸν τῆς χριστοῦ ἀναστήσασα εὐρεῖ καὶ ἀκαίρως ἀποδόμωσεν.

Hτῆ βασιλείας μήτηρ ἑλένη, ἥς ἐπονομασθῆναι ποτὲ κόμην δρεπάνου, πόλιν ποιήσας ὁ βασιλεὺς ἑλενοπολιν ἐπωνόμασε, δι' ὁνείρων χρηματιδῶεσσα, εἰς τὰ ἱεροσόλυμα παρεγένετο· καὶ τὴν ποτὲ ἱερουσαλήμ ἐρημον ὡς ὄπωραφυλάκων καὶ τὸν προσφῆτῶν εὐεῖσα, τὸ τῆ χειρῶ μνήμα ἐνδαταφίως ἀνέστη, ἀσπιδάως ἐζητήσασα καὶ δυχερῶς μὲν, συνθεῶ τῆ εὐεῖσας· τίς ἢ ἡ αἰτία τῆς δυχερείας, διαβραχέων ἐρεῖ. ὅτι (α) μὲν τὰ τῆ χειρῶ φρονεῖντες, μὴ τὸν καιρὸν τῆ πάσης ἐτιμῶν τὸ μνήμα. (β) ὁ φέροντες τὰ τῆ χειρῶ, χῶσαντες τὸν τόπον, ἀφροδίτης καὶ αὐτῆ ναὸν καὶ ὠσκηδίασαντες ἐπέστησαν ἀγαλμα, μὴ ποιῆντες μνήμην τῆ τόπος· τῆτο μὲν οὖν πάλαι περὶ χῶρετῆ τῆ μητρὶ τῆ βασιλείας φανερὸν τῆτο ἐγένετο. καθελεῖσα οὖν τὸ ἔσσανον, καὶ τὸν τόπον ἐκχῶσασα καὶ καταρῆν ἐργασαμένη, τρεῖς εὐεῖσας εὐεῖσας ἐν τῷ μνήματι. ἕνα μὲν τὸν μακαρίων, ἐν ᾧ χριστὸς ἐξέθανύσθη· ὅσιν ὁ ἑτέρας, ἐν αἷς (γ) οὐς ἀσπιδάωντες δύο λησῶν τεθνήκασαν· (δ) αὐτοῖς ὁ εὐεῖστο καὶ ἡ τῆ παλάτε σάνης, ἐν ἣ βασιλεῖα τὸν ἱεραίων τὸν σωρωθέντα χριστὸν προσγράφων, ἐν διαφοραῖς γράμμασι ἀνεκτύπη· ἐπὶ τῷ ἀμφίβωλον· ἦν ὁ σωρεῖς ὁ (ε) τῆ μὲν, ἐχ' ἡ τυχεῖσα λύπη κατὰχε τὴν τῆ βασιλείας μήτηρας ὅσα εἰς μακρῶν ὁ πάντὰ τῆς λύπη ὁ τῶν ἱεροσολύμων ἐπίσκοπος, ὁ ὄνομα μὲν μακάριος· ὁ δὲ ὁ πῖς τὸ ἀμφίβωλον. σημεῖον γδ ἦν τῆ παρὰ τῆ θεῶ, καὶ ἐλάμβανε. τὸ ὁ σημεῖον ἦν τοιοῦτο

γιού τις τῆν ἐγκλειων, νόσω χρονία ληθεύ-
 σα, πρὸς αὐτῶ λοιπὸν τῷ θανάτῳ ἐγένετο.
 πρὸς ἀγαθὸν οὖν τῆ δποθνησκέση τῆν σαυ-
 ρῶν ἑκάστον ὁ Ἐπίσκοπος παρεσκεύασε, πι-
 σεύσας ἀναρρώδηται τῶν γυναικῶν, ἀψα-
 μέντων τε τιμῆς σαυρῶν καὶ τῆς ἐλπίδος ἐχ-
 ῆμαρτε. πρὸς ἐνεχθέντων γὰρ τῆν μήκειων
 δύο σαυρῶν, ἔμμεν ἐδένηθον ἡ γυνὴ δπο-
 θνήσκουσα. ὡς ὁ τρίτος ὁ γνήσιος πρὸς πη-
 ἐχθη, ἡ δποθνήσκουσα ἐνδὺς ἀναρρώδη, καὶ
 ἐν τοῖς ὑγιαίνουσιν ἔειπεν. τῶν μὲν οὖν τὸν
 τρόπον τὸ τῶ σαυρῶν ξύλον ἦν ἔστι. ἡ δ τῶ
 βασιλέως μητρε, οἶκον μὲν ἐν κλήρειον ἐν τῷ
 τῶ μνήματι τόπω πολυτελῆ κατεσκεύα-
 σεν, ἱερασαλήμ τε νέαν ἐπωνόμασεν, ἀντι-
 πρὸς ὄψων τῆ παλαμῆ ἐκείνη καὶ καταλε-
 λειμμένη ποιήσασα. τῶ δ σαυρῶ, μέρε
 μὲν τι θήκη δρογερῆ περικλείσασα, μνημό-
 σιων τοῖς ἰσραὴν βελομένοις, αὐτόδι καλέ-
 ληπε. τὸ δ ἕτερον μέρε δποσέλλε τῶ βασι-
 λεί. ὅπερ δέξασθαι καὶ πισεύσας τελείως
 σωθήσασ τῶ πολὺν ἐνθα αὐ ἐκείνο φυλάτ-
 τη, τῶ ἐαυτῆ ἀνδριάντι κατέκευψεν, ὡς ἐν τῆ
 κωνσταντίνε πόλει, ἐν τῆ Ἐπιλεγομένη ἀ-
 γορῆ κωνσταντίνε, Ἐπιπροφρεῶ καὶ μεγά-
 λε κίον ἴδου. τῶ μὲν ἀκοιῆ γράφας
 ἔχω. πάντες δ χριστὸν οἱ τῶ κωνσταντίνε
 πόλει οἰκῶντες, ἀληθῆς εἶναι φασὶ καὶ οὐδὲν
 ἦλκε δ, οἱ ταῖς χρεσὶ τῶ χρεσὶ καὶ τὸν σαυρῶν
 ἐνεπάγησαν, ὁ κωνσταντίνος λαβὼν. καὶ γὰρ
 καὶ τῶν ἡ μήτρε ἐν τῶ μνήματι ἐνεῖσα
 ἀπέσειεν χαλκῶν τε καὶ περικεφαλαίαν
 ποιήσας, ἐν τοῖς πολέμοις ἐκίχητο. ἐχο-
 ρήγ μὲν οὖν πάσας τὰς ὕλας ὁ βασιλεὺς
 εἰς τῶν κατασκυλῶν τῶν ἐκκλησιῶν. ἐγρα-
 φε δ καὶ μακαρίῳ τῶ Ἐπισκόπῳ, Ἐπιστεύ-
 θειν τὰς οἰκοδομὰς. ἡ δ τῶ βασιλέως μη-
 τρε, ποιήσασα τῶν νέαν ἱερασαλήμ, καὶ ἐν
 τῶ ἀντῶ τῆς βηθλέεμ, ἐνθα ἡ κωνσταντίνε
 γέννησας τῶ χρεσὶ, ἕτερον ἐκκλησίαν
 ἐχ ἦθον κατεσκεύαζεν. οὐ μὲν ἀλλὰ καὶ
 ἐν τῶ ὄψ τῆς ἀναλήψεως. ἔτω δ εἶχεν
 ἐνλαβὼς περὶ ταῦτα, ὡς καὶ συνένχε-
 σθαι ἐν τῶ τῶν γυναικῶν τάγματι. καὶ
 τὰς παρθένας τὰς ἀναγεγραμμένας ἐν
 τῶ τῶν ἐκκλησιῶν κανόνι, Ἐπι ἐσίασιν
 πρὸς τρεπομένη, δι' ἐαυτῆς λειτουργῶσα,

A Mulier quædam illius loci, diuturno
 confecta morbo, jam in ipso mortis ar-
 ticulo erat constituta. Huic ergo ani-
 mam agenti, Episcopus singulas cruces
 apponi jubet, certissime sibi persua-
 dens, fore ut mulier pristinae valetudini
 restitueretur, si pretiosam Domini cru-
 cem attigisset. Nec vero spes eum fe-
 fellit. Admotis enim duabus crucibus,
 quæ Dominicæ non erant, mulier ni-
 hilominus in summo vitæ discrimine re-
 mansit. Adhibitâ vero tertiâ, quæ vera
 Domini crux erat, illa in vitæ mortis-
 que confinio posita, statim convaleuit, &
 pristinum vigorem recuperavit. Hoc
 igitur modo repertum est crucis lignum.
 Imperatoris autem mater, in ipso qui-
 dem sepulchri loco templum magnifi-
 cum extruxit, & novam Hierusalem co-
 gnominavit, quam ex adverso veteris
 illius ac desertæ condiderat. Crucis ve-
 ro portionem, unam argenteâ inclusam
 thecâ, iis, qui visere eam vellent ad per-
 petuam memoriam illic reliquit. Alteram
 vero ad Imperatorem misit. Quam
 ille cum accepisset, pro certo habens
 civitatem illam perpetuo incolumem
 fore, in qua hoc pignus servaretur, in
 statua sua recondidit, quæ Constanti-
 nopoli in foro, quod Constantini dicitur,
 super ingenti columna purpureâ
 posita est. Atque hoc quidem auditio-
 ne acceptum, huic historiæ inserui.
 Omnes tamen ferme, qui Constanti-
 nopolim incolunt, id verum esse affir-
 mant. Clavos præterea, quibus Chri-
 stianus cruci fuerant affixæ, cum
 idem Imperator accepisset: nam & hos
 in monumento repertos mater ad ipsum
 miserat: fræna ex illis & galeam fabri-
 cari iussit; iisque usus est in bello. Cæ-
 terum Imperator quidem, materiam om-
 nem ad constructionem ecclesiarum
 affatim subministravit. Scripsit etiam
 ad Macarium Episcopum, ut opus
 ipsum acceleraret. Mater vero Im-
 peratoris, postea quam ædificasset no-
 vam Hierusalem, apud Bethleem quo-
 que in spelunca, in qua Christus se-
 cundum carnem natus est, alteram ec-
 clesiam priore illa haudquaquam infe-
 riorem extruxit. Sed & tertiam ædi-
 ficavit, in eo monte, ex quo Dominus
 conscendit in cælum. Porro tam pie ac
 religiose erga hæc erat affecta, ut in ordi-
 ne mulierum unâ cum cæteris Deum
 oraret. Virgines quoque in matricula
 ecclesiarum adscriptas, ad convivium
 vocabat; eisque ipsa per se ministrans,

mensæ apponebat fercula. Multa præterea ecclesiis & pauperibus erogabat. Denique cum in summa pietate vitam exegisset, mortem obiit anno ætatis circiter octogesimo. Corpusque ejus novam Romam deportatum, in regalibus monumentis depositum est.

Α τὰ ὄψα ταῖς τραπεζαῖς παρεσέφερε· πολλὰ δὲ καὶ ἐδωρεῖτο ταῖς ἐκκλησίαις καὶ τοῖς πένησι· εὐσεβῶς τε διανύσασα τὴν ζωὴν, ἐτελεύτησε κατὰ ἰδῆ ὀνηροσόν ἔτος. καὶ τὸ σῶμα αὐτῆς εἰς τὴν βασιλεύσαν νῆαν ῥώμην διακομιδῆν, ἐν τοῖς βασιλικοῖς μνημασι ἀπέεθη.

CAPUT XVIII.

Quomodo Imper. Constantinus gentilium quædam superstitionem deleverit; multas autem ecclesias variis in locis erexit.

Posthæc Imperator rebus Christianorum magis addictus, gentilium superstitiones penitus averlatus est. Ac primo quidem gladiatorum spectacula sustulit. Dein suas imagines in Deorum templis collocavit. Cumque gentiles Serapim esse dicerent, à quo Nilus ad irrigandos Ægypti agros adduceretur, eo, quod cubitus Nili ad templum Serapidis portari consueverat; ipse ad ecclesiam Alexandrinorum cubitum illum transferri præcepit. Et cum illi palam jactarent, propter iram Serapidis Nilum ascensurum non esse, nihilominus & sequente anno, & reliquis deinceps annis exundavit Nilus, atque etiamnum exundat: adeo utre ipsa declaratum sit, Nilum non ob superstitionem illam gentilium, sed ex divinæ providentiæ decreto ascendere. Sub idem tempus cum Barbari, Sarmatæ scilicet & Gothi, irruptione facta Romanorum agros vastarent, Imperatoris tamen studium in construendis ecclesiis neququam propterea est imminutum: sed utrique negotio competentem curam ac sollicitudinem adhibuit. Nam hos quidem, Christi trophæo confusus, penitus devicit: adeo ut aurum, quod à præcis Imperatoribus dari consueverat Barbaris, in posterum adimeret: & ipsi insperata clade perculsi Christianam religionem, cujus præsidio tutus ubique erat Constantinus, tunc primum amplexi sint. Ipse vero alias rursus ecclesias ædificavit. Et unam quidem ad quercum Mambre, sub qua Angelos hospitio exceptos ab Abrahamo divina testantur oracula, construxit. Cum enim comperisset aras sub ea quercu positas esse, & gentilium ritu illic sacrificia peragi; Eusebium quidem Cæsariensem Episcopum graviter per literas reprehendit: aram vero ipsam disturbari, & ecclesiam juxta quercum fabricari iussit.

Κεφ. ιη'.

Ὃς καὶ ὁ βασιλεὺς κωνσταντῖνος, τὰ μὲν ἑλλήνων καθήκοντα πολλὰς δὲ ἐκκλησίας ἐν διαφόροις τόποις ἰδρυεν.

Καὶ μετὰ ταῦτα ὁ βασιλεὺς Ἰππιμελέσερον ὦν κατὰ τὰ χειριανῶν, ἀπεστέφθη τὰς ἑλληνικὰς θρησκείας, καὶ παντὶ μὲν τὰ μοσομάχια εἰκόνας ἡ τὰς ἰδίας ἐν τοῖς ναοῖς ἐναπέθετο· λεγόντων δὲ τῶν ἑλλήνων ὡς ἄρα ὁ σάραπις εἶη ὁ τὸν νεῖλον ἀνάγων Ἰππιμελέσια καὶ αἰγύπτου, τῶν τὸν πῆχυν εἰς τὸν ναὸν τῆς σαρπίδος κομιζέσθαι, αὐτὸς εἰς τὴν ἐκκλησίαν τὸν πῆχυν ἀλέξανδρον μετατιθέμενος ἐκλάσει. τῶν δὲ Φημιζόντων, ὡς ὁ ἀναβήσετο ὁ νεῖλος ὁρηγῆτε σαρπίδος, ἢ τε ἀνοδῆτε ἢ πῶμα τῶν τε ἐξῆς ἐπὶ καὶ εἰς τὸ μετὰ ταῦτα, ἐγένετό τε καὶ γάλοι ἐργαστέ δεικνύει, ὡς ἐδία θρησκείαν, ἀλλὰ διὰ τῆς τῆς ἀρεσνοίας, ἢ τε νεῖλος ἀνάστασις γάλοι ὑπὸ ἡδὺν αὐτῶν χρόνος, καὶ βαρβαρῶν σαρματῶν καὶ γότθων κατὰ τεχνολογίαν τὴν ῥωμαίων γῆν, ἐδαμῶς ἢ κατὰ τὰς ἐκκλησίας τῆς βασιλείας ἀπέθεσις ἐνεκόπητο. ἀλλ' ἀμφοτέρων τὴν ἀεμόζυσαν ἐποίησατο ἀρεσνοίαν. ἡδὺ μὲν γὰρ τῶν χειριανικῶν τρηπαῶν πεπισθικῶς, καὶ κράτος ἐνικά· ὡς καὶ τὸ εἰωθὸς παλαιῶν παλαιῶν βασιλείων διδόναι χριστιανοῖς βαρβαροῖς ἀπειλεῖν, ἐκείνους τε ἐκπεπληγμένους τῶν ἀδολογῶν τῆς ἡθῆς, πιστεύσαντες πρῶτον τῆ χειριανισμῶ θρησκείας, δι' ἧς καὶ κωνσταντῖνος ἐσώζετο. αὐτὸς δὲ ἑτέρας ἐκκλησίας ἐποίησεν καὶ μίαν μὲν ἐν τῇ καλεσμένῃ δευτῇ μαμβρῆ, ὑφ' ἧν τὰς ἀγγέλους Ἰξενίδος πρὸς τὴν ἀβραάμ ἱεργὸν λόγοι μνηύσει, κατὰ σκευάζει. ματρῶν γὰρ ὁ βασιλεὺς βωμὸς ὑπὸ τῇ δευτέρῃ ἰδρυῖται, καὶ θυσίας ἑλληνικὰς τελεῖται ἐπ' αὐτῷ, μέμφεται δὲ μὲν δι' Ἰππιολῆς εὐσεβίῳ τῶν τῆς καίσαριος Ἰππιολῆος κατὰ λέως ἡ, τὸν μὲν βωμὸν ἀναστραπῆναι πρὸς τὴν θρησκείαν, κατὰ σκευάζει ἡδὺ ὄκνον ἐκπύθειον ἐτέραν